

LECTIONES  
VERNALES ET ÆSTIVAS  
PUBLICAS ÆQUE AC PRIVATAS  
Ex Statutorum Præscripto

# RECTOR

UNIVERSITATIS GIESSENÆ

LVCAS **FRANCK**

J. U. D. CONSILIARIUS, & JU-

DICII AULICI, QUOD EST

MARBURGI, ADSESSOR, UT ET

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

DEO vitam viresque animi & Corporis toti

SENATUI ACADEMICO

clementer conservante

GENEROSIS NOBILISSIMISQUE

ACADEMIÆ CIVIBUS

rite indicat atque commendat

Die XVI. Aprilis Anno MDCCXIX.

SUB SIGILLO ACAD. MAJORI.

*GIESSÆ - HASSORVM,*

Typis VIDUÆ JOH. REINH. VVLPII, Acad. Typ. 1719.



# IN FACULTATE THEOLOG.

## JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Theol. D. & P. P. Primarius.

**I**N enodandis Textibus difficilioribus N. T. *publicè* perget, juncta simul praxi homiletica: *privatim* Lectiones Anti-Tridentinas absolvet, & ex desiderio nonnullorum, Collegium Theologicorum Consiliorum in variis casibus, qui magni sunt momenti, aperiet.

## IO. HENRICUS MAIUS,

SS. Theol. D. & Prof. P. Ord.

**I**N voluminibus sacris Vet. Testam. secundum ductum Oeconomiae suae temporum, explicandis, superiore semestri ad ultima Davidis progressus, hinc in posterum B. C. D. faciet initium, & per reliquos hymnos David's percurrendo, seriem Saeculorum ex 2. Samuel. Regum ac Chronicorum sacror. m. libr. s. observabit, ac Salomonis Templum penitus spectandum monstrabit, sapientissimique Regis libros enarrabit. In Nouo Testam. Apocalypsi Ioannis, ex voto atque desiderio Auditorum exponendo D. G. ad finem perducet.

## JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

Theol. D. & Pr. Ord.

**U**bi *privatim* nuper desit, perget, atque si Auditorum numerus ita fert ut animus, in B. Rüdrauffi SYLLOGEN. Controversiarum recens editam, *polemicam* simul Collegium generale instituet: *publicè* in ardua de Conversione hominis doctrina, ejusque causis, ordine, ac gradibus, plenius pertractandis, DEO clementer annuente, occupabitur.

CHRI-

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARZEMANN /  
 SS. Theol. Dr. ejus & Ordin. Prof.

**T** S. D. vires ulterius è Gratia volunteeque sua conservante sospi-  
 tanteque, præleget ex Apostolico - Paulina Theologia s. in Con-  
 clusiones de Ecclesia, Concilijs, Romano Pontifice, trinaque Hierar-  
 chia, Minist. Eccles. Magistr. Polit. Conjug. publicè; Compendiariam  
 autem atque solidam Arminianæ Doctrinæ Dialysin s. per omnes arti-  
 culos, & communicabit, & explicabit, & examinabit, aut pro lubitu  
 ventilabit disputando, privatim.

IN FACULTATE JURIDICA  
 BERNH. LUDOV. MOLLENBECIUS,  
 Acad. Cancellarius & Prim. Professor.

**J**uris Publici pariter ac Digestorum editiones continuabit, & si quidam  
 Collegium Juris Feudalis ad elaboratissimum Struvii Syntagma desi-  
 derauerint, libenter illud aperiet.

MELCH. DETHMARSUS GROLMAN,  
 J. Crus, Consil. Hass. Darmst. & Prof. Jur. Ord.

**P**ublicè ea quæ in Constit. Carol. restant, ad finem perducet, priva-  
 tim Collegia Digest. & Jur. Canon. continuabit, nova quoque pro  
 desiderio Auditorum ad Institut. & Pandect. aperiet.

LUCAS STAMM / J. U. D.  
 Consil. & Judicii Aulici, quod est Marb. Assessor, ut & P. P. O.

**I**n Lectionibus suis ordinariis perget; & si Officii publici ratio per-  
 miserit, omnibus ac singulis petentibus suam spondet operam.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.  
 Consil. Hassiac. & Jurium Professor Publ. Ord.

**P**ublicè Prælectiones de vanis & inanibus Pontificum circa Electiones  
 Imperatorum. prætensionibus continuabit.

*Privatim* perget in Collegiis ff. ad Lauterbachium, & Feudale propedi-  
 em absolvet. Nova inchoabit ad Institutiones Jur. Justinian. & H. Gro-  
 tium, de J. B. & P. Initium in hoc facturus à L. b. 11. Cap. 22. ubi  
 gravissimæ ad Jus belli spectantes materiae incipiunt.

JOH

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

J. U. D. ejusdemque Prof. Extraord.

**P**ublicè in explicandis Difficilioribus quæstionibus secundum ordinem Pandectarum *hora octava* progredietur. *Privatim* desiderio Dominorum Auditorum sese accommodabit & tam in *privato jure* quam *publico* suam operam pollicetur.

JOANNES GODOFREDUS MEIER,

J. U. D. & Professor Extraordinarius.

**P**ublicè Materiam de Actionibus explicabit. In *Privatis Scholis* Institutiones & Digesta, præterito semestri B. C. D. absoluta redauspicabitur; Jus quoque Feudale ad ductum B. Stryckii interpretabitur.

JO. FRIDERICUS RANGER /

J. U. L. & P. P. Extraord.

**A** Estivis lectionibus *publice* post absolutam materiam de Testamento, ad Titulum ff. de *Verborum significationibus* commentabitur. *Privatim* *Ius Naturæ* ad Pufendorffii Libellum de O. H. & C. tam & *Institutiones Juris Iustinianæ* explicabit. Quorundam etiam rogata *Ius Publicum* ad Illustr. Dn. Cocceii *Juris publici prudentiam*, eadem ratione, qua elapsis diebus, eam absolvit, demum quam explicate tradet. Et si Dn. Comitum diligentia & labori par numerus expectationi suæ responderit, etiam ad *Jus Feudale* juxta B. Stryckii examen, vel aliam legitimæ disciplinae postea præleget.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hassio-Darmst. Primarius.

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academiâ, non deerit, si quacunq; ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

JUSTUS

( 5 )

# JUSTUS FRIDERICUS DILLENIIUS,

*Med. D. ejusdemque P. P. Ordinar. & Facultatis suæ Senior.*

**C**um ob Philiarorum nostratium vel penuriam vel desidiam promissis decursâ hieme stare ac Prælectionibus suis Hippocraticis vacare nequiverit, æstate proxima easdem DEO benedicente reassumet, ut adeo, quod hieme non potuit, autumno futuro maturescere queat. Sed & Privatam meam operam expetentibus Philiatris diligentibus, sive in theorica sive practica Medicinæ parte, dum vivo & valeo, minimè deero.

## D. MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

*Archiat. Hass. & Profess. Med. Ord.*

**P**ublicè ea quæ in explicatione aphorismorum Hippocratis adhuc restant B. C. D. ad finem deducet, quibus absolutis in medicamenta insecura animadvertet. *Privatim* Collegium Practicum nuper cœptum continuabit aliaque pro lubitu DNN. Auditorum simul aperiet.

## D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

*P. P. Ordinar.*


**P**ublicè id aget, ut bis per septimanam hora pomer. III. Demonstrationibus botanicis operam det & quæ absoluta offium Doctrina, circa Viscerum fabricam anatomica eorundem administratione Dnn. Comilitonum oculis exhibuit hætenus ea toties etiam instituto inter Ipsos examine non reperat modo, sed ultii quoque inprimis physiologico-pathologico accommodet. Nec *privatim* ipsis deerit in quacunque parte Medicinæ alii studium suum expetiverint.

## D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

*P. P. Extraordinarius.*

**P**ublicè absoluta Physiologia ad Pathologiam progredietur. *Privatim* Pharmacologiam ad ductum SAMUEL. DALE, pertractabit. Nec iis deerit, qui vel doctrinam de Natura Humana secundum ordinem *Physiologia Bergeriana*, vel Praxin specialem, vel universum Medicinæ cursum exponi sibi concupiverint.

D. JOH.



D. JOH. THOMAS HENSING,

*Med. P. P. Extraord.*

**P**ublicè hora VIII. matutina *Historiam Salium Naturalem & Chemicam* exponet, *Privatim* pro desiderio Dnn. Auditorum in manu-  
datione ad *Praxin Medicam* sedulo perget.

IN FACULTATE PHILOSO-  
PHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI

*Prof. Phil. Experim. Ord.*

**P**ublicè *Historiam Animalium Anatomicam*, juxta seriem *Amphi-  
theatri Zootomici*, sub prelo jam sudantis, explicabit: *Privatim* Col-  
legium *Experimentale* curiosum habiturus.

JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

*J. U. Doct. Prof. Civil. Ordin.*

**P**ublicè *Prudentiæ Civilis* parte n *Rectoriam* explicabit, *Privatim* to-  
tius *disciplinæ Oeconomiam* proponet, & autorem libero Domi-  
norum Auditorum arbitrio relinquet.

IMMANUEL WEBER/ D.

*Historiar. Profess. P. Ord.*


**P**ublicè in *Paræmiis Historicis* exponendis perget.  
*Privatim*, ad ductum *der Deutsch-Europäischen Staats-Hie-  
storie/ res in Europa sub Ferdinando I. gestas* enarrabit, quæ adhuc ty-  
pis non dum impressa sunt, quousque perveniri poterit, additurus.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

*Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth. Præfectus.*

**A**uspiciis diuinis hora matutina VIII. diebus Lunæ & Martis Vossii  
*Partitiones oratorias, Iouis & Veneris selectas ex Ouidio Elegias*  
publice illustrabit; die vero Mercurii pro more aditum ad *Bibliothecam*  
aperiet. Porro, cura priuata *Introductionem ad solidam eloquentiam*

*ciVilem*



qualem latinam & germanicam hodiernam praeceptis & exemplis tradet, collégium stili epistolicum & oratorium practicum solita methodo instituet, in notitia denique litteraria promouenda nihil industriae suae patietur deesse.

## IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. Lic. & Mathem. Prof. Ordin.

**P**ublice *Algebra*, & *Analytin speciosam* quoad singula capita Hor. I. praeleget; priuatim *Elementa Mathematicarum scientiarum omnium* ad B. STVRMII & Cl. WOLFII ductum, resumet, speciatim vero *Geographiam*, & *Chronologiam sacram* historice per omnia à Christo nato secula, iuxta summe reverendi Theologi & Abbatis Mariæ-Vallensis D. IO. ANDR. SCHMIDII compendium Hist. Ecclesiasticæ explicabit.

## IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum & Linguae Graecae Orientaliumque Prof. Ord.

**P**raelectionibus publicis commentabitur in perbreuem sed elegantissimam *Himerii* Iosphistae orationem, nondum quidem editam, prope diem tamen a se promulgandam. Eius inscriptio est *Ἐς βασιλέα Ἰουλιανὸν ἀρχομένου τῶ ἔατος*, qua *Imperatori*, Iuliano, vt videtur, aduentum in urbem *ipsis Panathenaeis*, vere nouo, gratulatur. Priuatam industriam consecrabit vel cursui Rabbini, a facillimo magistrorum incipiendo, & adusque doctores Talmudicos progrediendo; vel linguis Chaldaicae & Syriacae addiscendis, vel antiquitatibus siue Graecis siue Romanis exponendis. Sequetur in his omnibus desideria cupidae disciplinarum iuuentutis Philologicae.

## IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. P. P. Ordinarius.

**P**ublice Partem Physicæ specialem explicabit. *Privatim* votis ac desiderijs sedulorum Scientiae Naturalis cultorum se accommodabit.

D. JOH.

D. JOANNES GODOFREDUS MEIER,

Phil. Pract. Prof. Ord.

**I**N Lectionibus publicis Historiam Doctrinae moralis exponet. Privata  
 tim, Ethicam, more, quem usque huc tenuit, porro tractabit;  
 In Pufendorffii quoque Libellum de Off. H, & C. Collegium aperiet.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

SS. Theol. Lic. Logicæ & Metaphysicæ Prof. P. Ord.

**I**Nsignis hucusque fuit politorum Philosophorum conatus, Philoso-  
 phiam Methodo Mathematica tractandi, cuius illustre specimen ex  
*Logica circa primam Mentis Operationem, auctore F. E. C. A. H.* quem  
 Illustrissimum Comitem ab Herberstein esse, Eruditorum conjectura est,  
 Pragæ 1716. prodiit; Curiosorum igitur elegantioris Philosophiæ Stu-  
 diosorum profectibus velificaturus, *speciminis hujus ductum* in Prima  
 Mentis Operatione per Logicam dirigenda, & demonstranda, futuris  
 Lectionibus publicis, hora à meridei prima, *V. D. sequetur*, in ceteris  
 mentis operationibus, eadem methodo Geometrica docendis, porro pe-  
 riculum factururus. Lectiones privatas commodo Dnn. Auditorum ita  
 accommodabit, ut Rationalis æque ac Primæ Philosophiæ termini,  
 usu imprimis Theologico, illustrentur; Jurisprudentiæ vero Studioso-  
 rum desideria, ex *Brunnemanni Enchiridio Logica Juridica*, exemplis  
 perspicuis ex foro petitis expleantur.

